

Cyprian, recipimus. Et quidem quod ad vitam attinet, Cyprianus Epist. 1. Baptismum vocat *nativitatem secundam*. & Epist. 72. *lavacrum vitale*. Nazianzenus in Jambico de definit. Sic ait: *Signum secundæ balneum est vita sacra*. Et in Orat. Panegyrica in sancta lumina: *Nihil aliud esse, ait, vim, & facultatem Baptismi existimare debemus, quam secundæ vita, ac purioris esse*, ait, *vim, & facultatem Baptismi existimare debemus, quam secundæ vita, ac purioris videndi rationis pacem cum Deo initum*. Quod vero ad *vifum spectat*, Baptismus, *videntis appellatur fons*; quia, ut ait idem Gregorius nuper citatus, in columnen contra peccatorum caliginem a Spiritu sancto accipimus. Unde communis voce *lumina dicebatur*. Atque inde est, quod Baptizatis cereus detur accussum, significans illos transferri de potestate tenebrarum ad lumen. Vide Nazian. Orat. in S. Lavaerum, & August. in Pl. 65. & S. Dionys. Areop. lib. de Eccles. Hierar. c. 3. p. 1. Apulsem ergo fons Baptismi, fons dicitur *vivens* & *videntis*, quia in eo & *vitam per gratiam*, & *vifum per fidem accipimus a Deo vivente*, & *vidente*. Utrumque effectum amplexus est Petrus Epist. 1. c. 1. v. 3. *Qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis*. Ecce *vita novam*. Et statim v. 5. *Qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem*. Ecce rursus fidem cum salute ex hoc fonte Rebeccæ, id est, Ecclesiæ a Petro proponatam: *fidem*, *qua videmus*; *salutem*, *qua vivimus*.

1. Petri 2.3. 8. *Cetura Abrahami conjux, & Ceturam filii separati ab Isaaco imperio Abrahami.*

*1464 **G**en. 25. 1. Abraham vero aliam duxit uxorem nomine Ceturam, quæ peperit ei Zamram, & Jecsan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue, &c. deditque Abraham cuncta quæ possederat Isaac: filius autem concubinarum largius est munera: & separavit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viveret. Aliam fuisse hanc ab Agare, constat ex hoc loco. Itaque minime audiendum Hebraica traditio apud Jeronym. 1. Paral. 1. dicens eamdem esse Ceturam, & Agar.

S. Augustin. 70. in Genesim demonstrat nomine Ceturam, ejusque gestis & prole Hæretorum Ecclesiam proprieitate adumbratam fuisse; quemadmodum Sara & Agar Synagogicam, & Christianam præfigurarunt secundum Apostolum ad Gal. 4. Deinde quod ad munera Ceturam ab Abraham largita attinet, sic scribit: *Munera, quæ accepérunt filii concubinarum, videntur mibi significare quædam dona Dei, vel in Sacramentis, vel in quibuscumque signis etiam carnali populo Christianorum, & Hæreticis dantur, velut filiis concubinarum; cum tamen hereditatis munus, quod est Charitas, & vita aeterna, non nisi ad Isaac pertineat, hoc est, ad filios promissionis*. Idem docet lib. 16. de Civit. c. 34. Et consonat S. Isidorus in expositione mystic. Sacram. c. 20. Igitur ambo doctissimi Patres recte statuant, Ceturam, & filios eius umbras fuisse hominum carnalium, & in primis Hæretorum novi Testamenti, Christianæ religionis, atque doctrinæ similitudine quædam, tanquam sanguinis propinquitate, & cognationis cum Catholicis conjunctione, quædammodo Abraham, id est, Petri, filii. Per unum potius Ceturam, quæ Agarianos filios ad novum testamentum, dicimus; quia tam Agar, quæ filius ejus servi erant, quæ nota est veteris testamenti ad Gal. 4. At Cetura, & ejus proles nequam serva Abraham fuisse dicuntur. Sapienter noster Petrus Genes. 25. Disp. 1. n. 8. obseruat hos Ceturae filios infissimos fuisse hostes suorum fratribus, Iiaci posterorum; quales se præstant Hæretici in Catholicos, idem Christi, ac fidei nomen jactantes, & germanos se Christianæ Ecclesie vendicantes. Merito ergo Abrahamus, merito Petrus Ceturanos hos ab Isaacis distrahit, Catholicos ab Hæreticis separatim agere præcipit; ne fideles, ac pii infidelitatis, atque impietatis contagio infecti corrumptantur. Nam quemadmodum Abrahamus adhuc vivos Ceturae filios ab Isaac separavit, ita Petrus constitutionem edidit, statuens Catholicos debere ab Hæreticis separari: Petri enim est illud caput 13. lib. 6. constitut. Apost. *Quod oportet separari ab Hæreticis*. Vide etiam Canon. Apost. 44. & 45. & 63. Lege Petrum Epist. 2. cap. 2. & 3. de Hæreticis.

Atque hæc quidem sanctorum Patrum vestigiis insistentes de Abrahamo, & Petro; umbra, & imagine dicta sufficerint; ut qui attentiùs hanc utriusque collationem perpenderit, tum in tota illa Abrahami Historia, acta Petri significata quæ aptissima Allegoria consequentia interpretetur; tum etiam Petrum Abrahæ nobilitatem multis partibus Religionis, sapientiae, animi magnitudinis, honoris & gloriæ longè superasse cognoscat. Unde deducat, ab uno Petro capite & Patre (post Christum) nobilissimo Evangelicam Ecclesiam, jure merito populum appellari honorificatum, illustrem, gloriosum.

SECTIO XVIII.

De Petri adhuc, ac reliquorum Apostolorum tum avita, tum spirituali nobilitate; à quibus Ecclesia Christiana augustin nobilis.

*1465 **D**e spirituali Petri, cæterorumque Apostolorum dignitate, & sublimitate, nulla potest esse nobis dubitatio; de avita tamen illorum nobilitate per majorum seruo traduces ritè derivata, decertatio est

non exigua, cum in scripturis sanctis ignobiles appellantur Apostoli, 1. Cor. 4. 10. & *ignobilia mundi*, ibidem c. 1. 28. Cujus appellationis perfpicua extant apud Patres testimonia. Nihilominus tamen statuo, Petri ac reli.

Petri, ac reliquorum Apostolorum genus, si superiora tempora respicias, nobile omnino fuisse; atque hoc antiquis esse prophetis convenientius.

Probatur: *umbra, & typus Apostolorum*.

ditur. 1. Esdras 2. 2. & Nehemia 7. 7. *Zorobabel cum undecim viris de captivitate redux Petrum adumbrat cum sociis de captivitate afferrit à Domino*. Et c. 8. v. 4. & 7. cum *Esdra socii magisterii*. 1. Esdræ 8. v. 2. 16. & 24. **Principes**. Item divites terræ *Principes Iosue* 14. 1. *Phylarchi duodecim lapides de Jordane tollentes Iosue* 3. 12. & c. 4. 4. Fuisse autem Phylarchos, id est, Tribubum prefectos, viros nobiles, testatur Josephus lib. 5. Antiquit. c. 1. Item quæ verissima Petri figura est *Aaron* cum Principibus tribuum, virgas cum nominibus deferentibus Pontificatus fortis latrui. Num. 17. *Exploratores duodecim ex Principibus Num. 13. 3.* Omitto Principes duodecim mensæ, thesauri, exercitus, domusque Salomonis, quibus unus super nobilibus nobilissimus præsidebat, 3. Regum 4. Colligo ex his, non levi conjecturâ eum duci, qui dicat: *Sicut numerus duodecim Apostolorum, sic nobilitatem generis etiam claritudinem adumbrat: alioquin inanis esset, & sine significacione figura, cum iam illas futurorum umbras dixerit Paulus*. Nec satisfacies, si dicas, spiritualem nobilitatem Apostolorum prænuntiat; nam hanc ictori officia nobilitati nativæ addita præludebant; quæ etiam similiiter prælustraverunt, etiam si nobiles non extitissent. Quod ergo præter numerū, & officiorum celitatem, qua spiritualem Apostolorum dignitatem præfigurabant, nobiles etiam genere describuntur, Apostolorum nobilitatem innubant, ne illa figuræ pars non adimpleretur. Cum autem horum duodecim semper aliquis Princeps describatur, is procul dubio Petrum Principem Apostolorum exprimebat. Alioquin bona figura fuisse, quod veracissimo Deo, ejusque interpreti Paulo adversarium est. Et certè hujusmodi figuram optimè exposuit Chrysostomus Hom. 23. ad Ephesios, ubi per Principes Caleb, & Iosue significatos Petrum & Paulum exigit. Vide Serarium nostrum lib. 1. in Iosue c. 8. q. 12. circa finem.

Argumen-
tum Psalmi
67.

1467 Probatur secundum ex Ps. 67. cuius nobilissimum argumentum non aliud esse agnoverunt optimi quique interpres, quæ Christum Dominum, Christianamque Rempublicam, antiquis obiectam Mosaicis, & Israeliticis umbris; illuftri tamen hoc poëmatem divinitus retecat. Igitur victorias Christi de morte, de peccato, de inferno commemorat, illas antiquo more non viris tantum, sed à juveniculis etiam canendas prædicti, quæ strenuissimos Christiani exercitus duces, per quos hæc prælia continuata, hæ Christi victoria ad exitum perduxit; Apostolorum nempe hinc inde choris cingentes, tum illorum, tum vel maximè summi Imperatoris virtutem laudibus extollerent. *Prævenerunt Principes conjuncti psallentibus in medio Juvencularum tympanistarum*. v. 26. Hos certè magnos Heroes, totius exercitus duces, qui primi Christum præliantem & comitati, & imitati sunt, sic Pſaltes à generis nobilitate commendat tribum cuique suam designans. *Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu. Principes Juda, Duces eorum: Principes Zabulon, Principes Nephthali*. Hunc Benjaminum ferè omnes interpres Paulum esse arbitrantur in sensu principali: qui velut alter Benjamin, a quo originem trahet (ut ipse testatur ad Philip. 3. 5. & ad Rom. c. 11. 1.) minimus

Paulus ex tribu Benjamini nobilis.

suit inter Apostolos fratres regeneratione Chrifiana 1. Corint. 15. 9. Et eodem, quo conversus est anno, *adolescens* appellatur Act. 7. 57. Oratio autem illa, *in mentis excessu*, variè redditur: à Theodotio, eruditore eorum: ab Aquila, *Dominator eorum*; à Jerome, *continens eos*, doctrinæ nempe, & magisterio. Eòdem recidunt versiones. Nam ille mentis excessus non solum est raptus ille celeberrimus Pauli in tertium cælum 2. Cor. 12. 2. ut fert communis interpretatio, sed propriè etiam *doctrinæ sublimitas*, de qua 2. Cor. 5. 13. ^{2. Cor. 5. 13.} Sive mente excessimus, Deo. A qua doctrinæ sublimitate *Doctor Gentium* nominatur 1. ad Timot. 2. 8. & Epist. 2. c. 1. 11. Utrumque hunc excessum, non solum Paulo, sed cæteris etiam Apostolis à Vate attribui, reor: ita ut ex more Poëtico sacris Scripturis consueto repetendus sit ille *mentis excessus*, in hunc modum: *Ibi*, id est in hoc triumpho in Principes præuent; nempe ex tribu Beniamini adolescentulus *in mentis excessu*: similiter excedentes Principes *Juda*, & Principes *Zabulon*, & Principes *Nephthali*. Licet enim singulari titulo Paulo adscribatur ille *mentis excessus*, quippe qui raptus ad tertium cælum; communi tamen doctrinæ excellentia cæteris etiam competit Apostolis, ut Valentia observat.

1468 Ergo ex hoc Versu probabilis colligo, SS. Apostolos avitâ generis nobilitate condecorandos; & ex clarissimi Benjamini, Judæ, Zabulonis, & Nephthali tribubus exortos. Et quidem, quod ad *Paulum* attinet, satis claret illum nobilissimum fuisse. Quod ad fratres Domini, & consobrinos, nempe *Simonem, Judam, Jacobum minorem*, item magorem *Jacobum, & Joannem*; conflat etiam, quia it ex eadem Christi Domini Familia nobilissima, Davidica scilicet, genus ducebant. Addo his *Matthiam*, quem ex illustri Bethelemita Judaicæ tribus prosapia oriundum, vetulissimus Codex Hebraicus de vita ejus attestatur, quem Latinè redditum, & Abdæ Historia adjunctum habemus. Quod vero ad reliquias duas tribus, quas Vates nominant, attinet; probo, ex his etiam prognatos Apostolos claro sanguine excelluisse. Primo, quia contextus ratio id postulat: cum enim dixisset: *Prævenerunt Principes*, de Paulo deinde subiicit, unum esse ex his Principibus: *Ibi Benjamin dominator eorum*; deinde alios (Apostolos) ex tribu Juda ortos, Principes *Juda*, vocat; quos certè nobiles in ea tribu fuisse constat ex Evangelii, & proxima cognitione cum Christo Domino, utpote qui consobrini ex ejus materteris, quas nobilissimas feminas Mariae Virginis sorores, viris ejusdem gentis nupsisse, rationis est credere. Si ergo de Paulo, & de cognatis Domini, quinque Apostolos, præter Matthiam, propriè accipiendum est nomen *Principes* idem cogit contextus, ut de Principibus duarum aliarum tribuum Zabulon, & Nephthali idem dicamus. At ex Zabulon *Petrus*, & *Andreas*, & *Philippos* orti; ut mihi claret ex Joan. 1. 44. Ex Nephthali vero *Matthæus*, *Bartolomæus*, & *Thomas*, ut multi observant in ea Psalmi verba, præsertim Jacobus Valentia. Sensus igitur est, ex Benjamin, Juda, Zabulon, & Nephthali tribubus Principes generis ortos fuisse Apostolos, Ecclesiastum Duces a Christo constitutos; qui docendo, operando

doque

doque exercitum militantis Ecclesiae ducerent. Et quidem dignitas Apostolica satis significatur illis verbis, *Duces eorum*, & ne oīosum sit *Principum* nomen, ad avitam omnium Apostolorum nobilitatem referri debet.

1469. Probatur deinde; quia si hi Principes in primo sensu accipiuntur ad litteram de illis, qui triumphos egerunt de Chananeis, quando Jesus Nave regionem ingressus est, procul dubio Principes, quos Vates nominat, viri clarissimi fuere, ut Chaldaeus, Hebrei, & Hebraizantes exponunt. Si ergo in hoc sensu principatus hic naturalis est accipendus, quid ni etiam accipiat in secundo sensu non minus litterale de Apostolis; dicenturque Principes ex iis tribus, quia verē nobilissimo genere prognati erant? Tertiō, neque auctoritate caret hæc exppositio; nam totam illam orationem, *Principes Iuda, Principes Zabulon, Principes Nephthalim*, simpliciter interpreantur boni auctores, vocari Apostolos ex illis tribus ortos: deinde hos dici factos duces Ecclesiastiarum. Itaque nomen *Principes* ad genus, nomen *Duces* ad munus Apostolicum reuelare Haymo, Dionysius Richelias, Eusebius, & alii.

Probat. Apostolorum nobilitas ex Jeremias.

Jerem. 33. v. ultimo.

1470. Est deinde pro thesi nostra Jeremias capite trigesimo tertio, versu ultimo; ubi promissio est ad litteram de Apostolis. Cum enim populus desperaret fore ut res publica illa ex captivitate Babylonica restitueretur; & restitutionem pollicetur Dominus, & præterea Christi adventum; regni, & Sacerdotii illius perpetuitatem; ac denique pactum divinum cum Abrahamo, Isaac, & Jacob initum firmum futurum. *Hec dicit Dominus: Si pactum meum inter diem, & noctem, & leges cælo & terra non posui: Equidem & semen Jacob & David servi mei projiciam, ut non assumam de semine ejus Principes semini Abraham, Isaac, & Jacob: reducam enim conversionem eorum, & miserebor eum.* Extremis his verbis desperationis causam tollit; quasi dicat: Quāvis mei captivi dispergi, abjecti que sint, colligam eos tamen ad rursus pristino statu, regionique reducam: deinde quā certus, ratusque perseverat dierum, ac nocturni ordo, omniumque cælestium motuum, temporum, rerumque series ab exordio constituta, tam certum erit pactum cum Abraham, & filius initum: nimirum me ex ejus familia *Principes electorum*. *Principes* his universi quotquot extant interpres, Apostolos intelligunt. Cum autem ait: *Assumam de semine ejus (Jacob) Principes*, nemo, opinor, alienum à Sacra Scripturae phrasí ducet, si *Principes* ex semine Jacob interpretetur *claros & illustres viros*, quorum nobilitas à semine ducta nativa, non ascritta fuerit: alioquin dixisse sufficeret, assumptum se de Jacobi filiis, ac nepotibus; qui eti generalem illam Iraëliticam nobilitatem nasci suissent, tamen nullam illis propriam gloriae claritudinem attribuisset. Unde cum inter Iraëlitas alii alios nobiliores successu temporis fuerint, imo aliqui avitam nobilitatem obscuraverint, non esset cur his, de quibus agit Vates, nobilitatem propriam Principum adscriberet; si tantum aut filii, aut nepotes, aut quavis alia ratione Jacobi posteri dumtaxat suissent. Dum ergo eos *Principes ex semine Jacob* dixit, propriam familiæ nobilitatem, Iraëliticæ gloriae respondentem, exprefsit. Vox autem Hebræa *mofelim*, *Principes*

etiam redditur 2. Paral. 23. 20.

1471 Rursus, bellissimum extat Isaiae vaticinium ad rem nostram cap. 17. versu 6. Et sic ut excusio oleæ duarum, vel triū olivarum in summitate rami, sive quatuor, aut quinque in cacuminibus ejus fructus ejus: dicit Dominus Deus Israel. Olivæ generotæ, nobili arbori, & imperio dignæ tum propter sapientiæ, tum proprie clementiæ symbola, *Judic. 9. versu 8. olivæ, inquam, regis comparat Isaiae Iraëliticam gentem* (neque insuetum arborum illustria hominum genera designare;) nam certe Paulus ad Roman. 11. versu 24. *Olivam bonam. Et Jerem. 11. versu 16. Olivam Jere. 11. 16. überem, pulchram, fructiferam, speciosam.* Et Osee 14. versu 7. *Erit quasi Olivæ gloria ejus. Ose. 14. 7.*

Probatur ex Isaia 17. 6.

Olivæ imp. rii symbolum.

Procopius.

Probatur rursus ex Isaia 32. 1.

censor, si spirituali dignitati Apostolica quidquam detrahamus, dum superiora loca de avita Apostolorum nobilitate exponimus. Nam primò milenos ei locos fuggerimus, quæ Apostolicam dignitatem per se tuentur tum in veteri, tum in novo Testamento. Secundò, hæc ipsa loca spiritualem etiam dignitatem illam commendant, simul & naturalem generis claritatem significant. Nihil enim obstat, si utramque ex eodem loco affleramus; imo cum voces utriusque significandæ aptas sint, plenior erit expositio, si utramque nobilitatem & naturalem & spiritualem contineat.

1473 Sunt adhuc nonnulla, quæ avitam Apostolorum nobilitatem labefactare videntur: status enim Petri, & aliorum Apostolorum, Christi tempore, ignobilis erat; ignobilis eorum conditio in ea tunc Respublica habebatur: nam humiles, & abjecti pescatores erant, pauperes sine opulentia, obscuri sine sapientia, ut Paulus, & Patres sæpè contendunt. Ut his respondeam, expendo præclarum sancti Hieronymi testimonium ex Epistola 14. capite 5. ad Celantiam; dum enim Christianam nobilitatem, quæ virtutum splendore conflat, mundanæ prefert generis gloriæ, sic scribit: *Summa apud Deum est nobilitas, clarum esse virtutibus. Quid apud Deum nobilis Petro, qui pescatur, & pauper fuit? Quid in feminis Beata Maria illustris, qua sponsa fabri describitur? Sed illi pescatori, ac pauperi celestis regni à Christo creduntur claves; hac sponsa fabri meritis esse Mater illius, à quo ipsa claves data sunt. Elegit enim Deus ignobilia, & contemptibilia huius mundi, ut potentes, ac nobiles ad humilitatem faciliter adduceret.* Tantum maximus Doctor, oculatissimus Scripturarum Cherub. Ex ejus verbis id assumo; Petrum & Beatam Virginem eodem nobilitatis, aut ignobilitatis censu habendos. Deinde ex vero addo: *Beatae Virginis nobilitati nihil detraxisse, quod Fabri sponsa fuerit, quominus generosissimo Regum sanguine orta esset, clarissimamque illam ducere proficiam, quam Matthæus, & Lucas recentiè. Nihil ergo Petro, aliisque Apostolis pescatoria obseruit, veluti obiectus igniculus cinere paupertatis, adspirante aurâ deterso pulvere, quodammodo revixisse vilis, flammam excitat, & æra collustrat; ita nobilitas egregiis factis inclaret.* Atque ut is, qui vel nativâ levitate, vel certè infueridine sublimia nequit securus calcando consistere, quin præcepserat; ita profecto qui innatâ generis levitate, excelsa honorum, ac dignitatum culmina concedit, facile ad ruinam proum suomet ignobilitatis pondere se se prodit. Exemplo sit Abimelechus ille illegitimus, spurius, moribus improbus, de quo *Judic. 9.* & vide ibi Serarium nostrum. Item Antiochus Dan. 11. à v. 15. homo scleratissimus. E contrâ nobiles genere, etiam si ad vilem depresso fortunam, nobilia meditabantur, & ut ajebat Isaiae trigesimo secundo, versu octavo. *Principes ea, quæ digna sunt Princeps, cogitabit: vel principatus cogitabit.* Certe David vel inter oves & lupos Regem præudentem: certè generosus ille sanguis, etiam inter pastoritas caulas, calebat, vigebatque, aulas cogitabat, propriæque nobilitatis non vulgaria exercebat indicia. Cernas ergo in Petro, aliisque Apostolis hujusmodi haud levia vestigia, inter sephas & retia. Cernas in Ecclesiæ gubernatione, & Evangelii predicatione plura avitæ nobilitatis indicia. Nobiles illi genere extitisse putandum est, ut nobilia meditarentur, ut ex illo Ecclesiæ Christianæ populus esset, & appellaretur *honoricatus, illustris, gloriösus.*

Æquus fuit nobiles viros eligi ad Apostolatum.

Nihil Petri & aliorum Apostolorum nobilitati obessi pescatoria.

Lordum.

Pauportas nobilitati non derogat.

S. Josephi nobilitati non obstat Lignaria.

1474 Quod autem Tullius libro primo officio, & ex eo Julius Firmicus libro tertio cap. duodecimo, & Plato septimo de legibus ad finem, item Plutarchus libro de industria animalium, & nonnulli alii inter artes nobilitati derogantes, pescatoriam censent, quibus Plautus affentitur in Aululariæ, ubi inter sorridos artifices ignobili loco habendos, ca-